do demittere ſe inguinibus tenus in aquam calidam: Gellius, id ſignificat factis procul, uerbis tenus, iſingu lari Ablatino tantum: Sed quoniam contra præpoſi tionum morem ſemper ſubiicitur: Equidem magis ad uerbium ſuſpicor, ſubiici autẽ euphoniæ gratia Do natus grammaticus inſignis ſcribit ut hactenus, quate nus, eatenus pubetenꝰ capulotenus æthiopia tenꝰ Ni lo tenus, ideſt uſq;. Significat interim nõ ultra: ut Sue tonius geſſit cõſulatum titulotenus: ideſt non ultra: Superlatinorum aduerbiis adhæret per uenuſte geni tiuus, ut optime omnium ſcribo, maxime militum certabat Coriolanꝰ, Celerrime aſtrorum uolat tẽpus ſic græce ἄριστα πάντων γράφω καὶ μάλιστα πάντων φιλοσοφῶ. Illius ergo uenimꝰ. Ergo quæ coniunctio fuit hic in aduerbium tranſiit, ſatis pæna narum dedit, abunde uerboꝝ dixit, poſtridie nonarũ decembrium, pridie illius diei, parũ, minus plus, ĩte rea loci minime gentiũ, ubi terraꝝ ſic græci ποῦ γῆς tunc temporis ποτὲ τοῦ χρόνου καὶ οὐδὲ ποτε τῶν χρόνων ṽba apđ comicos frequẽtia: Inde loci ſeq tur caloraridus, & comes una, dixit Lucre. in. γ. Apđ græcos enim aduerbia localia genitiuo applicantur, ut ἔξω τῆς χώρας ἐνταῦθα τοῦ λόγου ἀλλὴ ἐπὶ τῆς οἰκίας

¶ De Genitiuo Aduerbialiter poſito.



Omina ꝓpria urbiũ & locoꝝ primæ & ſecũ dæ flexionis ſingulariter declinata ſignifican tia ſtatũ aut motũ ĩ loco gtõ ad ṽbialiter acci piũtut, ut Florentiæq; & bucini omnẽ ferme ætatẽ exegimꝰ: Præterea domi humi, militiæ belli, Li uius ſecũdo duo nefãda facinora decemuiri belli do

miq; adiiciunt: sed si hi genitiui in aduerbia abeunt/ uide q̃ratione adhæreant illis adiectiua/ut domi meæ tuæ/ suæ/ nostræ/uestræ/alienæ/licet a cæteris abhor/ reant/non enim licet dicere domi/paternæ/aut frater/ næ: Sed apud patrē/ aut fratrem nec ille genitiu9 aliũ genitiuū regit/ut domi Cæsaris/Pompei/Ciceronis.

De Datiuo.

DAtiuus/qui etiam dandi casus siue commen/ datitius dicit̃/tertium locum secundum ge/ nitiuum optinet/uel ꝙ ei sit uoce similis/ ut in prima & ultima declinatione/uel ꝙ ab eo unius lit teræ mutatione/uel abiectione fiat: a nominibus sub stantiuis dependet/ si sint uerbalia uenientia a uerbis requirentibus datiuū pro re patiente/uel nomina ad aliquid dicta iuncta præcipue uerbo substantiuo uel reciprocæ significationis: ut benefactor/ detractor/fau tor/cõsultor/debitor/obuiator/auxiliator/insidiator/ moderator/adulator/assentator/ut Thais oĩ se Lache tis familiæ fautricem promittebat/& te nemini assen/ tatorem uideo/nec cuiq̃ dectractorem. Ad aliqd dicta sũt pater fili9/domin9/seruus/impator/ miles/ miles/ paganus/ tyrannus/ armiger/ satelles/rex parasitus/ herus/famulus patronus/cliens & libertus/uitric9 uel nouercha/priuignus/ frater/soror/auus/ nepos/ præ/ cæptor/ discipul9/ comes/ sotius/ cõtubernalis/ ami cus/ inimic9 & id gen9/ ut Extremā ut peribēt Cœo Encheladoq; sororē Progenuit/& Phineas liberis no uercham superinduxit/& frater it semper comes patri. possunt tamẽ quæ ad possessionem pertinēt iungi uel Genitiuo uel Datiuo/ ut Hector fuit fili9 Priami uel Priamo/ & Dauus fuit seruus Simonis uel Simoni:

Sed per datiuū honestior locutio. Verbalia etiā: quæ supra diximus: genitiuo iunguntur ubi habitum magis q̄ actum significant. Nam si dicaꝫ scio te nobis fautorem actum demostro, si uero Gnato erat assentator militis, habitum indico.

¶ Nominibusauteꝫ adiectiuis per multis iūgitur datiuus, ut Conscia delitiis illa fuer̄ meis: Sed præcipue uerbalibus exeuntibus in ilis & in dus, ut credibilis, amabilis, admirabilis, facilis, difficilis, docilis, habilis, audiendus, dicendus, uigilandus, uenerandꝰ, sequendus, pudendus. Amat uero hic casus iungi nominibus passiuæ significationis, qualia sunt pleraqꝫ in ilis exeuntia: quod perspicuum fit in participiis futuri & præteriti perfecti temporis passiuæ significationis ut o soror luce magis dilecta sorori, & nobis semel ē calcanda uia leti: Sed hic datiuus ponitur pro ablatiuo ut sorori pro a sorore, & nobis pro a nobis:

¶ Gerūdii dt̄us nominibus adiectiuis adhærescit, ut puer iā habilis ferēdo arma & idoneꝰ addiscēdo disciplinas & rhetorices lectio difficilis est audiēdo, Maro iūxit ēt v̄bo: quis cultꝰ habēdo sit pecori. i. dū habet̄ Adiicimꝰ dt̄uꝫ ēt tertio gerūdio cū omni tp̄re v̄bi substātiui: ubi aliqua necessitas ostēdit̄ ut moriēdū ē omnibꝰ, moriēdū erat, moriēdū fuit, moriēdū fuerat, moriēdū erit mihi, uobis, illis, sic eundū ē, uiuēduꝫ ē, & id genus: ꝑ qđ atticū aduerbiū ꝓprie significari: qđ est λεκτέον σοὶ γὺν ἐστὶν dictū ē supra, Ad hæc adiicit̄ dt̄us iis ōnibus adiectiuis un̄ aliqđ nobis boni maliue acquirit̄. i. qn̄ aliquid ad gratiā ul̄ ad utilitatē alicuiꝰ uel cōtra fieri significamꝰ, ut Sis bonꝰ fælixqꝫ tuis sic ꝓsper, secūdus, pius, cōmodꝰ, dexter, utilis, quæstuo

sus/carus/Clemens/facilis/ rursus/infœlix/dãnosus/ si nister/difficilis/acerb9 /pestifer/ Sic dulcis/ suauis/mol lis/tristis/amarus/dur9/aptus/inept9/idoneus / grauis/ similis patri uultu/similis patris moribus/& similia. a præpositione prope comparatiuum & superlatiuũ datiuo iungitur: ut proximus huic: Sed longo proxi mus interuallo/& propius grammatico accessi Cice/ ro ad acticum De Datiuo a uerbis.



Erbis etiaꝫ non solum neutris.a quisitiuis & deponentibus & impersonalibus non nullis quæ trita sunt pueris : Sed cuilibet ẽt uerbo ꝑsonali dr̃us elegant̃ anectitur/unde præter suũ ordi neꝫ aliquid nobis utilitatis/uoluptatis/laudis/siue dã ni/tristitiæ/dedecoris acquiri ostenditur/ Vtilitatis/ut parentes undiq; pecunias comparant liberis/ Volupta tis ut cãtabũt mihi Damœtas/& lict9 Aegõ. Sic græci διδάσκω σοὶ τόν υἱόν Aristophanes in nubibus ἐμοὶ ἐλθὼν διδάσκου καὶ τί σοὶ μαθήσομαι Laudis/maiorum tuorum gesta paucis tibi comple/ xus sũ: Damni ut bonornm omniuꝫ mihi iacturã me ditabaris: Tristitiæ: machinat9 es inimicis morteꝫ libe rorum. Dedecoris nõ puduit insimulasse mihi paren tes furti. Illud obseruasse non pœniteat/ꝙ per datiuũ sub prima/uel secunda ꝑsona uniuersos monitos; uo lumus/quale hoc Maronis Neu mihi tum molles li beat iacuisse per herbas alibi. Neue tibi ad solem uer gant uineta cadentem. Cicero dic mihi gloriatur se omnes honores sine repulsa obtinuisse. Alibi Ecce ti/ bi Pomponius noster: Sed illud Maronis mihi & ti/ bi/non magis ad me uel ad te q̃ ad cæteros pertinet/ hoc uero Ciceronis de numero est illorum datiuoruꝫ

qui expletiue & de cõsuetudine medii uulgi additi ui dentur, quale illud Hora. Hoc tibi dictum tolle memõ, & illud quid mihi Celsus agit: Maro ẽt dixit quo tãtũ mihi dexterabis? & alibi Hic mihi dũ teneras defendo a frigore myrtos, Ecce tibi ausoniæ tellus, Cicero qui mihi accubantes in cõuiuio. In his exemplis dr̃s superuacue effertur. Sunt insuper uerba quædã quibus uenuste additur datiuꝰ duplex ut sum, do, tribuo, asscribo, mitto, depromo, cedo, uenio, relinquor & præterea nõ pauca. Exempla sunt, si hæ nuptiæ sũt tibi cordi & hæc res est tibi lucro, dãno, tedio, iucunditati, dedecori, laudi, tu dedisti filiæ talẽtũ doti uel dotem & idipsuꝫ multi tribuũt tibi uitio, & hæc ille nobis muneri misit & de prõpsi parenti uinũ cænæ Plautus in rudente rus mane dudũ hinc ire me iussit pr̃ ut bubus glandẽ prandio depromereꝫ, cessit exitio multis, uenit nobis auxilio. duo talẽta dixit doti Cliniæ Chremes, Aduatici relicti sunt præsidio Cimbroꝝ impedimentis. Proferreꝫ huiusmodi plurima exempla quoniam de datiuis alter pro accusatiuo ponitur, qui passim inuenitur præsertim si ad locum motus significetur, ut It clamor cælo pro ad cælum. Proximus ingreditur donis qui uincula rupit, pro ad dona, Hedorumq́ꝫ gregẽ uiridi cõpellere hibisco. Quin uerba neglecta ui præpositionum: quiscum sunt composita: quibꝰ alioqui deseruiũt: hunc casuꝫ honestissime petunt, ut huc pauci uestris ãnauimus oris. Liui. M. Statilium exploratum misit, qui ubi adequitauit portis Plautus in epidico affer domum auxilium mihi. Cæsar de bello gallico cum iam muro ap̃pinquasset turres. Ouid. de arte Ne dubites illi uerba secũda loqui

pro ad illum/nam Vir: nono æneí: Ad quem sic roseo thaumantias ore locuta: Lucanus libro nono suffe/cit omnibus unda. Fabi9 ad quas nec mens nec corp9 nec dies ipse sufficiat. Sic adhæret parieti & ad parie/tem/accedit honori & ad honore3/accõmodo me agri culturæ & ad agriculturam. Adhibeo/adiicio adiun/go/adeo/admoueo/scribo/mitto/nuntio tibi hanc re3 pro ad te/facile reperies. Quid? q' composita uerba a præ & /ante/cu3 datiuo/& accusatiuo construcฺta leges ut dii ímortales homo/ homini quid præstat/lbo ani mis contra uel magnum præstet Achillem/quem pre/stolare Parmeno/Cicero qui tibi ad forum Aurelium pstolarẽtur/Suetoni9 in Claudio populo præiret/Præ cedo tñ præcurro/puenio cũ accusatiuo solum legere memini: antecedo/ãteo/ãtisto/reliquis grãmaticis & reliquos grãmaticos recte dices: obseruaui hoc ipsum euenire uerbis cõpositis cũ præpositione/in: ut ícessit regibus discordia/incessit religio in te/ Carinis insiliit Cæsar: ãbæ in scapha3 insiluim9 dixit Plau. alienis ue stigiis insistis/& insiste í dolos dixit Plautus/ impono tibi & in te fascem/insulto & in ludo tibi & te etiam dicimus.

De Datiuo pro Ablto.



Atiuus insuper pro ablto rei agentis ponitur cũ uerbo personali & participio passiuæ signi ficationis & cũ omni ípersonali passiuæ uocis: qđ ita est obuiũ ac notũ: ut exemplis supersedendu3 pute3: cũ cæteris uero/ubi psona agens nõ demõstretur: lõge parcius: nisi in his datiuum pro ablatiuo positum di cas/aufero/eripio/adimo/amoueo/amolior tibi ut sit

tibi pro a te. Priscian9 ista addi scribit utriq3 casui. Ad des superioribus licet/absu3/aufugio/caueo/arceo/ti/bi: & a te. ¶ Præpositionu3 uni/aduersum siue id adv bium sit Plautus frequenter datiuu3 addit in mustel laria. Etia3 ne aperis? Calidamãti nostro aduersũ ueni mus. Aduerbioru3 item perpaucis iunctum datiuu3 legisse memini ut propius stabulis armenta tenerent. Proxime etiam & iusta datiuo iũgi Priscian9 scribit: Similiter/& pariter his/more græcorum scriptum le/ges Aristoteles in rhetoricis ad Alexandrũ/quæ nos in nra3 lectionẽ traduxim9 διέλομεν πάλιν ὁμοιοτρόπως τούτοις Lucretius in sexto Qua3 tonitrũ accipim9 pariter qui mittit̃ igni: Obuiã: ut tũ primũ supb æ nobilitatis obuiã itum est. Interiectionũ dua/b9 hei/& ueh/ut Hei mihi q̃lis erat & Carpere causidi c9 fert̃ mea carmina qui sit Nescio si sciero ue tibi cau si dico: Calphurnius/Te sine ueh misero mihi lilia ni gra uident̃: Plaut9 in Asinaria dixit ueh te/tibi quidẽ suplicium carnifex de nobis detur? Aduerbialiter da/tiuus in his positus uidetur ruri/luci/uesperi/tempo ri/sorti/receptui/ostentui/usui: Virgilius Sunt quib9 ad põtas cecidit custodia sorti. Cice. ĩ philippicis quis audeat luci in uia militari: Plau. in menec. heru3 me um hic in pacato oppido luci diripier in uia? Equide3 sentio cum Donato Grammatico insigni qui ait uete res propter cognationem /i/ & /e/ protulisse ruri/luci uesperi/tẽpori/sorti/ꝑ rure/luce/uespeṙ/tẽpore/sorte queãdmodũ mane/& mani & here ꝑ heri & peregre & peregri ũde Lucretius in quĩto Nec nouitate cibi nec labi corporis ulla pro labe. Illa autem posteriora re/

cæptui/ ostentui/usui/pro ad recæptum ostentũ/usũ dicta sunt de his etiam infra.

DE ACCVSATIVO.



Ccusatiu⁹ qui ad inimicos pertinet e regione est nominatiui: duo.n.intersunt a frõteq; & totidem a tergo casus Nominibus substantiuis: non additur nisi aliquando eum ueteres iũxisse nõ nullis uerbalibus in actio/ quæ uim uerbi infiniti præstãt/comperiũtur. Plautus in aulularia: Sed quid tibi homo mendice hanc tactio est?idem in eadẽ quid ergo meam me inuito tactio est? Idem in curgulione/ quid istã tibi tactio est?Idem in truculento/quid tibi hanc aditio est? ꝓ quid ad te pertinet hanc tangere & adire?Nominibus ãt adiectiuis iungitur accusatiuus quattuor modis per Synedochẽ/cum excessum/cum quantitatem significamus cũ quædã quasi participia sine origine uerbi accusatiuum accipiunt. Per synedochen cum qđ parti accidit redditur toti & pars accusatiuo ꝓfertur/ut mulier dentes cãdida/oculos nigra capillos flaua corpus totum speciosa/ Virgili⁹. Cõsertum tegimen spinis ac cætera graius. Hora. Excæpto quod non simul esses cætera lætus/ Maro Cressa gen⁹ pholoe ideꝫ. viii. qui gen⁹ ũde domo? pacẽ ne huc fertis ã arma? Sic græci βάρβαρος ὢν τὸ γένος sed hæc sub obscura figura/ideo quidã subaudiũt ꝑ. ut sit per cætera/per genus/illa apertior/Os humerosq; deo similis/frequens est hæc dicendi figura græcis ut ἁπλοῦς ὢν τὸν τρόπον Aristophanes ĩ Pluto ὄν γινώσκων ὅτι τοῦ πλούτου παρέχω βελτίονας ἄνδρας κὸ τὴν γνώμην καὶ τὴν ἰδέαν Idẽ in ranis ἕως ἀφί

κοιτο τὴν τέχνην σοφώτερος Ibidē ὢς ὢν κράτιστος τῶν τέχνην Excessum: ut quantum hic est doctrina excellens tantum opibus cæteris præstat/&pater meus fuit multum omniuȝ ciuium princeps. Quātitatem ī actō in his nominibus & similibus: ut latum Angustum/Crassum/tenue/longum/breue/curtū/ꝓlixum/altum/profundum/ut maxima pyramidum alta fuisse traditur decem stadia & lata singulos quadrātes quinquaginta & Hercules stadiuȝ Olympii certaminis longum fecit ducentos pedes/Lucretius At cōiectus aquæ digitum non altior unuȝ. Quæ uero tanq̄ participia actō iunguntur sunt hæc/osus/exosus/perosus/ꝑtesus/gnarꝰ/præsciꝰ/ut ꝑosa lucē/ꝑtesus ignauiam suaȝ/gnarus causas/præsciꝰ futura/quæ de more græcorum a nostris dicta puto: qui dicunt σοφὸς τὰ μηχανικὰ καὶ σοφώτερος τὴν τέχνην Opꝰ scribit Diomedes ueteres ꝑ oēs casus ṕter uocatiuum dixisse/ut ē opus hæc res huiꝰ rei/huic rei hāc reȝ/hac re. Gerundii autem Accusatiuus præpositionibus applicatur/ut ad audiendum: inter cœnanduȝ: cum his tamen uerbis non additur/loco/conduco/mando/curo/habeo pro debeo/& his similibꝰ Sulpitius ut faciēdā sepulturaȝ locarent. i. ut fieret/Cicero de diuinatione Magis numine deorum id factum q̄ casu arbitraris & redemptorum/qui columnam illā de Cotta& Torquato conduxerant faciendā Sue: in Cæsare dicta: gladiatores inquit notos/sicubi infestis spectatoribus dimicarent/ui rapiendos reseruandosq; mandabat. i. ut raperentur/seruarenturq; Idem ut consolādos eos magis imperator q̄ puniēdos habuerit/Plinius minor cōtinēdos cauea nidoue curabis. A præpositione prop:

comparatiuu; & superlatiuu; accusatiuo additur/Cicero in Pisonem proximus Pompeium sedebam.

De Accusatiuo a uerbis



Erbis aute; iis iungitur accusatiuus pro re patiēte: quæ grāmatici minutuli transitiua uocant: cum transitiuum sit omne uerbū cuius actus ad diuersas psonas transit: ut uideo me met trāsitiuum nō est/Egeo tui: transitiuu; est. ea autē sunt actiua omnia uerba/neutra quæ intertiis personis accipiunt passiua/omnia cōmunia insignificatione actiua & deponētia tertii ordinis Accipiunt interim loco accusatiui uerbū infinitū præcipue ea quæ græci προαιρετικά καὶ ὑπηρετικά uocant idest uolūtaria & famularia: ut uolo legere/cupio discere In impsonalibus actiuæ uocis hæc exigūt, actūm patientē/decet delectat/iuuat/ opōtet/ pœnitet/tedet/miseret/piget/pudet/s; miseret ntō iūxit Plau. in captiuis: neminis miscreri certum est/quia mei miseret nemo/& Lucretius Ipse sui miseret neq; enim se diuidit, hilu;. hinc illud & miserescimus ultro: sed hæc ita sunt nota & trita: ut confirmatione exemplorum non egeant. illud uero magis obseruandu; multis aliis modis accusatiuu; dari uerbis: uerba eni; actiua ordinis quarti ultra priorem actūm sibi alium postulant/ ut Thimoteus discipulos: qui sub alio præcæptore aliquid pfecissent nō dubitabat duplicē mercedē peter. Sic græci ἀπαιτῶ σε χρήματα & Quintilianus. iuuētutem Romanam rhetoricem docuit per uiginti annos & Priam9 in rerum desperatione se arma induit & gladium accinxit/Cassandra sæpe Parim & fratres cæteros fata/siue fatorum monuit/Insimulo te furtu; & furti Plau. in amphit: Nimis ecastor facinus mirum est: quod

illi collibitum sit meo uiro sic me insimulare falsum facinus tantum/consulo te remedium: Plau. in Me/næchmis/ibo & consulam hanc reꝫ amicos/sic/oro/ rogo/calceo/cælo/induo uero datiuo iunxit Vir. Haruꝫ unam iuueni supremum mœstus honorē Induit: traiecit copias Hiberū dixit Liuius/ & Plautus: traiecit exercitum Isaram/transiicio autem exercitum est trā/sporto/transiicio uero flumen est transeo flumen/ob serua & illud Depilatus deos decumas & deorum decumas. Additur insuper accusatiuus uerbis passiuæ significationis per synedochen. Additur ubi excessus & quantitas: quemadmodum nominibus adiectiuis significat̃: ꝑ Synedochē ut Tibullus Inficitur teneras ore rubēte genas: Virg. hæc fat⁹ latos Humeros sub iectaqꝫ colla/ueste super fuluiqꝫ insternor pelle leonis/ Ouid: Carpit̃ attonitos absentis imagine sēsus: Salu/sti⁹/multi terga cædebant̃/Hora: o ego læu⁹ q̄ purgor bilē sub uerni tēporis horaꝫ/ Lucre: hæc uulnera uitæ nō minimā partē mortis formidine alunt̃/ Sic dicim⁹ uicti ligātur post terga manus/hic frāgit̃ crura Sic græci τύπτομαι τὸν πόδα podagrosi turgent pe/des/cōtrahūt̃ articulos/studiosi pallēt ora/Debili sto/maco dolēt sæpe caput/Sic græci ἀλγῶ τὴν κεφαλὴν frigent pedes/rudes discipuli uapulant manus: in participiis præteriti temporis significationis passiuæ hæc figura frequens/ut Puniceo stabis suras euincta coturno/ & lachrymis oculos suffusa nitentes Sue/to: uulnera excæpit/una acie dextrum genu lapide ictus. licet partem ablatiuo proferri: Sed citra synedo/chen/Idem Scæua excusso oculo transfixus foemore & humero centum & uiginti ictib⁹. Excessus ut ante

iuerat nos iã quingentos passus / quãdo eum sequi cæpimus / & tantum ego præsto tibi doctrina / quantum tu me opibus / & Diana supeminet reliquas nymphas totum caput. Illud obseruandũ incõparatione excessum ablatiuo tantuʒ efferri: ubi uero nulla fit comparatio actõ & ablatiuo enuntiatur / ut supero te totum caput & toto capite: Virg. in. xii. o præstans animi Iuuenis quantum ipse feroci uirtute exuperas tanto me impensius æquuʒ est / consulere: Sallu. multo præstat beneficii q̃ maleficii immemorem esse / in his tamẽ ante / post / alius / alter / Sec⁹: quasi uim quandam superlationis habeant / excessus ablatiuo accipitur ut ego tanto ante ueni quanto post tu uenisti: Quin. At quanto ali⁹ fuit ille infœlicissimi iuuenis affect⁹: Ter. ueꝝ aliter euenire multo intelligit / Cicero multo sec⁹ euenit / Multum ante / & paulum post / & illud Iuuenalis despiciam qui sit quantum sublimior Atlas / & illud Ter. cui⁹ frater aliquantulum est ad rem auidior / & illud Quin. At quidaʒ si forte suscæperint negocia paululũ ad dicendum tenuiora cõuiciis implẽt / hos multum / Paulum / quantum / aliquantulũ / nõ actõs casus sed aduerbia esse scias Quãtitas etiam utroqꝫ casu profertur: Sed de Ablatiuo infra / Nũc de Actõ dicenduʒ Tybur aburbe distat decẽ milia passuum / Absum iter unius diei / Sallu: a quo aberat mons ferme milia. xx. passuum / Plautus in Aul: Si Hercle ex isto loco digitum transuersum aut unguem latum excesseris. Ideʒ in captiuis pol istic me haud centesimaʒ parteʒ laudat q̃ ipse meritus quidem est ut laudetur laudibus / Suetonius ut Calipedes per iocuʒ uocaretur queʒ cursitare / ne cubiti quidem mensuram progredi notatuʒ est /

in albatiuo protulit Horatius: At Nouius collega gradu post me sedet uno/ græci etiam quantitatem numeralem/per accusatiuum exprimunt Aristophanes in ranis τί δὴ τὲ πεἰδὴ καὶ σὺ φὴς εἶναι θεὸς οὐ καὶ σὺ τύπτει τὰς ἴσας πληγὰς ἐμοί .i. ubera tis plagas mihi pares. At ide; Actu; multis ĩsup modis defectiue proferunt ut φθείρει τὰ κοινὰ τὸ σὸν μέρος καὶ ἐν τίκτουσι τὰ πολλὰ αἱ γυναῖκες καὶ σοφὸς τὰ μηχανικά καὶ πάντα δὲ ταῦτα γέγραφε τὸν εἰρημένον τρόπον ὃν ἂν εἴης βυβλίον καταθοῖτο καὶ ἐπαινέσομαι ἀρετὴν τὰ εἰκότα. Nota hoc ẽt õdinis gñs Scriberis Vario fõtis & hostiũ Victor meonii carminis alite/ Quã rẽ cunq; ferox nauibus aut equis/ Miles te duce gesserit/ alibi Quicquid delirãt reges plectũtur Achiui/alibi quod cunq; minabitur Eurus/uenusinæ plectuntur syluæ.

¶ Cæteris autem uerbis idest quæ nec actũm patientẽ exigãt nec passiue sint significationis qualia sunt uerba acquisitiua/imperfecta/absoluta/neutraq;/ & deponentia iungitur accusatiuus nominis qđ ab eodẽ ṽbo natu; ẽ/aut a quo nomine factum sit uerbum siue nominis/qđ sit eius uerbi significationi cognatu;/ut Seruio seruitutem/& seruio ætatem utrunq; fere ide; est qđ Seruio nisi ꝙ Quinti.li.septimo scribit ueteres dixisse seruire seruitutẽ esse in seruitute eo iure cẽ/ quo seruus est: ut differat abeo/qui creditori addictus lege seruit. Tu debes mihi debitũ & debes mihi grãde æs: hoc nullum tibi sapit saporem/& nullam rem tibi sapit. Lucretius Desiperẽt homines: saperent fera secla ferarũ. Consulo tibi consilium/ & consulo tibi rem tuam/ uiuo uitam/ & uiuo æuũ/obeo obitu; & obeo

mortem/dormio longos sõnos/ & dormio noctẽ totam/ludo ludum ludo aleã/troiam lusit duplex turma/cado casum/uigilo noctem/Nauigo æquor/cæno cænam/cæno rombum/Augustus deũ cœnauit adulteria/curro cursum/curro uiam. Talia sæcla suis dixerunt currite fusis Concordes stabili fatorum numine parcæ/sono sonum/sono hominis uocem/Sueto. Pyrrhicã saltauerunt Asiæ Bithiniæq́ principum liberi/fungor meum munus/queror querelã/queror seruitutẽ/nugor nugas/minor tibi minas/ minor tibi mortem/eodem modo dicimꝰ pluere aquas/ & hymbres/ & ningere niues/edormiscã hoc uilli dixit Ter. Vir. Pars stupet in nuptæ donũ exitiale Mineruæ/Alibi Interdũ atrã prorũpit ad Aetera nubẽ: Catullus Si non omnia displicere uellem/ quæ omnia de more attico dicũtur/ut μάχομαι μάχην ζῶ ζωὺν δουλεύω δουλἀαν μεμφόμαι μέμψήν Aristopha i Pluto μέμψιν δικάιαν μέμφομαι ταύτην & Paulo post λύρον λυρεις licet Ser. supra. xii. Aen. dolet dolorẽ/furit furorẽ ꝑ antiquã figuram dici scripserit/ Theotisto tñ placuit/quod ego lõge magis ꝓbauerim necesse eẽ in omni uerbo impsonali & absoluto in eẽ eius rei intellectũ/quæ in ipso ṽbo intelligit̃/nã currit̃ cursus.s. sedet̃ sessio ĩtelligit̃/euenit euẽctus/ uiuo uitã ãbulo ãbulationem/inquibꝰ uerbis illud meminerimus/ quod hæc eadẽ quæ græci appellãt ὡς ἐπιβατικὰ idest quæ ex absolutis transeunt accipere naturã patiẽdi in tertiis ꝑsonis/ut cãpus currit̃ nauigat̃ æquor/uigilat̃ nox aer uolat̃/tota mihi dormit̃ hyẽs transit̃ Tyberis/iã nona uiuit̃ ætas/negat tñ. Diomedes dici posse a nobis curruntur uiæ: Sed a nobis curri

ET QVANTITATIS; INCOMPARATIONE.

tur uia/quod si uerà ille sentit/nec licet dicere a nobis dormiuntur hyemes/ Pretium in uerbo tantum ua/leo per accusatiuũ prolatuʒ(nisi memoria lapsus sũ) legisse memini: Varro li.i. de lingua latina Denarii ꝗ denos æris ualebant/quinarii ꝗ quinos: Sed hoc(ut ĩ ablatiuo dicam) superiorem dicendi figurã sapit: Nã multa/quæ per hunc dicendi modũ leguntur ut apđ Suetoniũ/& Cornelium Tacitum: sed ante alias dile/xit.M.Bruti matrẽ Seruiliam cui proximo suo con sulatu sexagies sestertium margaritam mercatus est/ & alibi: quorum uni mellita quadragies sestertiũ con stiterunt: Nõ sunt(ut infra aperiam) accusatiui casus Tempus præter suuʒ cuiusq; uerbi ordinem actũm pe tit/ut una cum gente tot annos bella gero/ & Bis qui nos silet ille dies/illud Horatii ĩ prima epistola: ex la tenti tẽporis significatione dictuʒ puto ꝑ actũʒ/ Quis circum pagos & circum pulpita pugnax Magna coro nari contẽnat olympia? Cum comparatiuo ẽt ꝑ hunc casum effertur de græcoruʒ more: qui dicunt πλέον τριῶν ἐτῶν καὶ τρία ἔτη τοῦτο ἐγίνετο Sic non plus tribus ãnis & tres ãnos hoc factum est/Ter. non plus triduũ: Virg: noctẽ nõ ãplius unã falle dolo/ali bi tris Pateat cæli spatiuʒ nõ ãplius ulnas/sed per tris ulnas nõ tẽpus/sed quantitatẽ exprexit: Plau. ĩ trinũ mo minus quindeciʒ dies sunt nisi sit ordo dies sunt minus quindeciʒ quod ꝑ iis ædib⁹ minas quadragĩta accæpisti/Idem etiam dixit in Aulularia hãc domum iã multos ãnos ẽ/cũ possideo & colo. Ponit̃ præterea sæpe actũ⁹ apđ comicos ꝑcipue subitellecto ṽbo/aut ꝑpositione/ut dii uestrã fidẽ deẽ uoco Cic. ad uxorẽ me miserũ in tantas te calamitates mea culpa incidis/se deest sentio: & doleo uicem tuã subaudias in/ & id

doluit idest ob id: sed obserua/doleo dolorez / doleo mea damna/doleo stomachuz & caput/doleo uicē tuā non eadē figura aut intellectu dici/subtrahit certe fre quēter actō ꝑpositio: qñ causa efficiens significat/a ut finalis/ut hoc uenimus.i.ob hoc & id lachrymat uir go/Pars stupet innuptæ donum exitiale Mineruæ/Fa/ bius qui hostis mortē mœrebat/Sic Cic. illa.n.hostis mortem lugebat / Virg.& casuz insontis mecū īdigna bar amici/idem li.x.quid si quæ uoce grauaris mente dares/sic Fabius: quæ siquis grauabit/Sue.āpla & ope rosa ꝑtoria grauabat/Plau.in captiuis eunt obuiā gra tulāturq; eā rē.Cicero de claris oratorib9: simul illud gaudeo/Plau.ī epidico id equidē excrucior / Sed iura fidemq; supplicis erubuit/Fabi9: ī nr̄a crudelitate alie na studia erubescamus/subītelligit autē(ut supra dic tū ē) uerbū nō minus sæpe q̄ uenuste/ut hui tā graues rastros/subaudias te ne tractare decet? & illud me ne ī cæpto desistere uictā?me ne iliacis occūbere cāpis Nō potuisse?&id genus: uel qđ genus qua figura dicat cā dide lector ꝑpēde/Expletiue & de cōsuetudine actūs posit9 inuenit Ter. At isthuc quicquid est fac me ut sciā/ibidem sed natū unicū/quē pariter uti his decuit/ aut ēt āplius/quod illa ætas magis ad hæc utenda ido nea ē ego eū eieci miseꝝ ī iustitia mea . Præpositiones āt quæ actō seruiūt ita obuiæ sunt & notæ pueris / ut nec auctoritate nec exēplo ullo indigeāt: Illud tamen non ignores ꝑ actī defectum iungi interim gtūm præ positioni ad: ut ad Telluris: ad Apollinis : ad Casto/ ris: deest nanq; ædem : ut sit ad ædem Telluris: Apol linis: Castoris/Sueto.in Othone: & tribus quidem ue ruz mediocrib9 præliis apđ alpes circaq; placētiā: & ad

Castoris: qđ loco nomẽ ẽ: uicit: Auctore eodẽ ad Cur
tii Galba ĩpator iugulat9 ẽ, subaudias lacũ ut sit ad la
cũ Curtii & frequẽs ad Aesculapii egrotãtiũ turba cõ
portatur, Sic Aristo: ĩ plu. τὸν θεὸν κατακλινοῦν
τες ἄγωμεν εἰς ἀσκληπιοῦ subĩtelligas tẽplũ Sub
trahũt græci casũ aliis ẽt præpositionib9: dicũt. n. illi
ἐν ἀδου καὶ ἐν διδασκάλουν datiui defectũ sub
audias loco domo, Sallu. ad hæc dixit præter rerũ ca
pitaliũ cõdẽnatis pro fine, & Plau. in Mer. nil potest
clam illuz haberi: hinc Clam utriq; casui seruire Dio
me: & Donat9 affirmat. Illud hoc loco nõ fuit obmit
tendũ φ ĩcõpositione ꝑpositiones, aut ĩtegræ manẽt
ut ĩduco, aut mutãt ultimã ut sufficio, aut ꝑdunt ut
coeo: tantũq; uerbis: quiscũ cõponunt afferũt põdus
ut ea sæpe cogãt seruire casibus suis, Accolunt rhenuz
Germani ĩquit Liui9, libera ac fœderata opida sine li
toribus adibat dixit Sueto. de Caligula, Idẽ in Augu
sto & magnificentia omnis antecessit, Salu. & cuz om
nes gloria anteiret, Apuleius tunc inter eos unus qui
robore cæteros antistabat, Sic illud & terras turbine ꝑ
flant, sic perlabitur undas, sic inquit Seruius dicimus
percurro forum, eadem cõpositionis ui, honore abiit
dicit Sue: & Oui: Est uirtus placitis abstinuisse bonis
sic illud cum Cæsar Italia abesset. abundo hac re pari
ratione dictũ puto, Itẽ effugio, egredior, euado, exeo,
urbem & urbe acccusatiuo & ablatiuo recte iuncta le
ges, quoniã cũ, e, &, ex, uel extra præpositionibus diu,
sis utriq; casui seruientibus composita esse uoluerunt
ut egredior urbẽ sit extra urbẽ gradior: excedo tñ Ita,
lia legi, excedo Italiaz nõ legi, præterea inuado hostẽ
iã subeunt triuiæ lucos postridie idus reb9 diuinis su,

ꝑsederi iussũ est dixit Liui⁹/Sæpe autẽ dixim⁹ huiuſ/ modi uerba seruire casibus suaꝝ præpositionũ: ꝙ ali quando quasi neglecta compositione eandem iterant nominiq; apponunt/ut ad illum adit/Ad amicum al loquitur/aburbe abfuit/ex Italia excessit: extra urbe; egredit̃: Per/postremo ĩ obtestationib⁹ atq; adiuratio nibus fere solet separari a suo accusatiuo interiecto ntõ q̃ frequẽtissime ẽ ego Virg: ꝑ ego has lachrymas dextramq; tuãq;/Quin: ꝑ has ego optime pater siuis tantũ sortes man⁹. Aduerbia etiã nõnulla hunc casu; requirunt/ut pridie & postridie Kalendas/nonas/idus Liui⁹ li. ii. iii. Decadis Flãmini⁹ cũ pridie solis occasũ ad lacum ꝑuenisset/Cicero ad Atticũ pridie cõpitalia memẽto/Liuius postridie idus rebus diuinis supsede ri iussũ: idẽ pridie parilia medio ferme die atrox cum uento tẽpestas cohorta. A ꝑ̃positione prope cõparati uũ & superlatiuũ & ĩ nomine & in aduerbio/dtõ pari ter & actõ/iungunt̃/Cic: in pisone Proxim⁹ Põpeium sedebã/& ad Atticũ ꝓpius grãmatico accessit: ꝓxim⁹ huic sed longo ꝓxim⁹ ĩteruallo Sal. ꝓxima Cartha gini loca/alibi ꝓxime Hyspaniã sunt mauri. Liuius duo romana uno loco propius Alba;: castra propius urbẽ mouent̃/dixit Cic. & illud qđ tñ uitiu; propius uirtutẽ hæreat/& ꝓpius ꝑiculo it met⁹/en habitu;/En agros & quã bello troiane petisti hesperia;/en q̃ttuor aras/ecce duas tibi Daphni Ecce me dixit Pla: qđ apđ oratores actõ iunctu; reperiri negat Laurentius Valla heu stirpẽ inuisa;: ꝓh fidem hominum: hem astutia; O fõtunatos nimiũ/sua si bona norit agricolæ/o mise rũ & detestabilẽ hominẽ si hæc ignoras: Per asseuerati onẽ ut ha prudẽter oĩa. hui tã graues rastros/ ohe ridi

culũ caput: ue te dixit Plau. in Asinaria: qđ Cap uete res dixisse cõfirmat/procul urbe; dixit Curtius Eccu; eccã/ellũ/ellã/eccos/eccas/ellos/ellas/ab ecce composita & secũ gerere casu; Priscianus Seruiusq; credũt/Nominũ adiectiuorꝝ neutroru; uterq; actũ⁹ singularis & pl̃is aduerbialiter usurpatur in multis/ut multum & multa/primu;/& prima/plurimũ/& plurima/pluscu lũ/tantu;/quãtu;/plerunq;/longũ/altum/secundu;/tertiũ/quartum/miserꝝ/infandũ/toruũ/sed miserum & infandum interiectio põt esse dolentis Obuiam/tamen genere fœminino aduerbialiter efferri fecit cõpositionis ratio: Nomina autem urbium & locorum ꝓpria significantia motum ad locu; & insuper hæc domus/humus/rus/militia accusatiuo aduerbialiter plerunq; accipiuntur ut Florẽtia;/domum/humu;/rus/militiam/proficiscor. Plerunq; autem ideo diximus quoniam istiusmodi nominib⁹ licet citra imparilitatem apponere præpositionẽ/ut in militiã proficiscor & uenio tecum ad Florentia; Cicero ea die Verres ad Messanam uenit: econtra nominib⁹ appellatiuis ꝑser/ti; apđ poetas/subtrahit̃ ꝑpositio: ut Italiã fato ꝓfugus lauinaq; uenit littora/& deuenere locos & At nos hinc alii sitientes ibimus aphros Pars Scythiã & rapidu; Cretæ ueniemus oaxẽ/subauditur/aliqñ ẽt in ꝓpriis/ut Nõ Libyæ nõ ante Tyro despectus Hiarbas.

De Vocatiuo.


Ocatiuus qui etiam salutatori⁹ dicitur ultimum apud græcos tenuit locum ꝙ omniu; sit impfectissimus quippe q/iungi non possit nisi a frõte secundis uerborꝝ ꝑsonis modi præcipue iperatiui Virgi: uigilasne deum gens Aenea uigila/In

ordine orationis omnibus præponitur casibus & ad-
uerbiis uocandi cohæret ut heus Cæsar/o/Cicero

De Ablatiuo



Blatiuus qui Comparatiuus/latinus/Sextus & auferendi casus ēt dicitur/nouissime inuē/tus facile reliquorum uetustati cessit/& apđ nos ultimum locum tenuit/quoniā septimus casus a doctissimis grāmaticis nō admittitur/a nominib⁹ substantiuis non dependet nisi loco genitiui positus/ut Præterea duo mihi nec tuta ualle reperti Capoli spar/sis etiam nunc pellibus albo/& Ipse ego cana legam tenera lanugine mala/pro pelliuꝫ/& teneræ lanuginis alibi atro liquuntur sanguine guttæ pro atri sangui/nis/& alibi Hic duo rite mero libās carchesia Baccho pro meri Bacchi: sed hic contentum ibi materia significatur: quod per ablatiuum elatum nisi apud poetas raro inuenies/sæpissime uero ablatiuum pro genitiuo est legere quando laus/dedecus/accidens/demōstratur qđ supra de genitiuo diximus/ut Aristoteles uir fuit multiplici doctrina/& Lais uulgatissimo corpore/& olor auis colore albo/nec mirum cum multorum lo/cum/quæ genitiuo a græcis efferuntur ablatiu⁹ apud romanos/quo illi carēt/occupauerint: dicant nāqꝫ illi κρεμῶ σετοῦ ποδὸς πίνω τοῦ ὕδατος ἀρέπο μαι τῶν ἀνθέων ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ἐργάζε ται ἑσπέρας ἥκεν Nos uero suspēdo te pede/bibo de aqua/lego de floribus dieqꝫ & nocte operatur ue/spere uenit & his multa eodem modo. Nominibus uero adiectiuis plurimis adhæret/& eorum per mul/tis/quæ genitiuum supra exigere ostendimus/idqꝫ præcipue fit/cum materiam: in qua fit accidēs/aut

causam efficientem exprimim⁹: ut. Diues agris diues positis in fœnore nūmis/clarus utroq; parente/reb⁹ gestis/dicendi copia/tardus corpore/tardus ingenio/piger egrotus æger infirmus/pedibus acutus oculis/ualidus uiribus/macie notabilis/pallore deformis/orbus captus luminibus/uacuus curis/expers malis artibus Lucre in.vi. lumina uersarent oculorum expertia sō/no Sallu. uiolentia atq; crudelitate fœneratorum pleriq; patria: sed oēs fama atq; fortuna expertes sumus sterilis pomis ieiunus aqua Lucre. in. vi. & sonitu sterilia & succo ieiuna feruntur/Indig⁹ ope Lucre: in. v. Nauita nudus humi iacet infans indigus uitali auxilio/plenus gratia sic ornatus præditus/redimitus/ibutus refertus/Lucre. tamen in primo dixit Neq; alium quéuis quæ sint imbuta sapore/Sic notus/insignis/nobilis/illustris/celebris/conspicuus doctrina/carus/iucūdus/gratus/gloriosus/incensus/mact⁹ uirrute/dign⁹ lapsus/lassus/fessus & similia/ut cassū lumine/uiduus pharetra.

¶ Partitiuis/Distributiuis/Numeralibus/Additur & loco genitiui ablatiu⁹ pluralis/aut singularis/collectiui nominis/sed præpositione adiecta/ut e summis oratoribus/alter ueneno/alter gladio periit/& unum de/multis eligas/quem tibi ad imitandum proponas/& Hercules de numero duos sensit abesse boues. Cōparatiuis etiā addit̄ ablatiu⁹ termini & excessus/ut frater est procerior me trib⁹ digitis/ego uero dimidio sū illo doctior: in comparatione ēt suplatiui excessus/eodem casu profertur/ut Hercules multo omniū fuit fortissim⁹: Sed hic repete ea quæ supra de genitiuo cōparatiui & actō sunt dicta/quale hoc quarū nulla mi

nor duũ milium amphoraruȝ, & non plus triduum, & noctem non ãplius unam. Illud ẽt breuiter ãnotaſ ſe contenti erimus (nõ enim õnino rudibus, ſed iã his ſacris initiatis, grãmaticeſq; candidatis ſcripſimus) cõparatiua & ſuperlatiua caſuȝ ẽt ſuoꝝ poſitiuoruȝ exigere, ne illud Lucre. At coniectus aquæ digituȝ non altior unuȝ, & illud Maronis, Tris pateat cæli ſpatiuȝ nõ ãplius ulnas, qua ſit dictuȝ ratione diu didiciſſe labores: niſi qđ in compatatione, participia fiunt nomina, & præpoſitiones aduerbia, ut meus ſocius eſt auro uel auri ditior me duplo: ſed eſt omniũ pecuniæ auidiſſim9: A præpoſitione prope comparatiuum, ſuplatiuum, aduerbia datiuo & accuſatiuo pariter iungũtur, ut ſuȝ propior, proximus, proxime urbi, & urbẽ: ut ſupra dictum eſt.

De Ablatiuo perſonæ agentis


Erbis autẽ ꝑſonalib9 ſignificationis paſſiuæ, q̃lia ſunt paſſiua ab actiuis & quædaȝ neutra uoce actiua ut uapulo, exulo, nubo, fio, ueneo, liceo, & omnia communia inſiguificatione paſſiua, & in deponentibus patior, & naſcor, & omnibus imperſonalibus paſſiuæ uocis, iungitur ablatiuus ꝓ ꝑſona agente addita præpoſitione a uel ab, uł abs, qđ ita eſt apertum ut nullam poſtulet auctoritateȝ, Iccirco hæc pauca ſuffecerint exempla, uirtutes per ſe ſe expetuntur a bonis, Soſia a Mercurio uapulat, a multis amplectuntur diuitiæ, a malo coruo naſcitur malum ouuȝ, a me, a te, ab illo legitur, auditur, diſcitur. Multa præterea uerba ablatiuum cum præpoſitione requirunt: ſed non perſonæ agentis, preſertim quæ ſeparationem, aut deceſſum aliquem aut aliunde res pro

cedere significant', qualia sunt uerba actiua sexti ordi
nis & imperfecta neutra & deponentia, ut e Dauo mo
do audiui & accæpim⁹ hunc morem a maioribus no
stris, in his tamen uerbis hæc datiuo etiam applicātur
pro ablatiuo ut aufero, eripio, adimo, amoueo, amo
lior, absū, aufugio, caueo, arceo tibi & a te, ut de dati
uo diximus, Virg: teq; his ait eripe flammis, Luca:
q̄tu; fortuna humeris iam pondere fessis amolit' on⁹
Sue: nulli ciuiu; quicq̄ ademit, & Virg: mihi semper
abest, & Arcebat lōge latio, Lucan⁹: aufert tibi nomē
hiberus, Sue. quu; īmolanti aufugisset hostia. Quod
hæc eade; ablatiuo adiiciant', non tam Prisciani aucto
ritas, q̄ usus passim confirmat. De uerbis autem imp
fectis exēpla, ut de foro huc uenimus, & de urbe p
fecti sum⁹ hora noctis prima. Atqui de præpositioni
bus illud summatim addidisse sit satis, q eaur; aliæ
accusatiuo, aliæ ablatiuo seruiūt soli, aliæ sunt utriq;
casui cōmunes, & quædam solum compositæ legunt'
modoq; abundant & modo deficiunt, aliæq; pro ali
is, tam apud græcos q̄ apud latinos frequenter ponū
tur: significationes uero earum uariæ & multiplices
plerunq; tamen per appositionem significare solent
statū, aut motum cum uerbis imperfectis, separatio
nem uero cu; aliis: ut in theatro alteri stāt alteri sedēt
& ad arcem in tumultu concurrunt omnes, & ex agris
omnes in bellis opes, quisq; suas, intra oppida compor
tant: sed ubi statum, aut motum significāt propriis
nominib⁹ urbium & locorum: ut plerunq; subtrahū
tur, interdū etiā apponūtur, ita nominib⁹ apellatiuis
plerunq; addunt' interi; ēt adimunt', ut ea die Verres
ad Messanā uenit, & Deuenet' locos: s; hæc ēt supra

DE ABLATIVO A VERBIS.

DE Ablatiuo a uerbis sine præpositione



Vnc uero quomodo construatur ablatiuus uerbis sine præpositione: qđ quidem longe plus negocii affert: Multifariam enim additur ablatiu9 uerbis/ omnium generu3 sine præpositione. In actiuis autem uerba secundi ordinis eadem/quæ genitiuo adiiciunt/ ablatiuum etiam exigunt/ut accuso te furto/& dãno te pœna capitali: Sed de his latius infra ubi agitur de pretio/& uerba quinti ordinis/ut premo/ leuo/onero/exonero / impleo/euacuo/uestio/exuo/nutrio/saturo/& his similia multa / ut ego hoc te fasce leuabo/ in his ea ṽba sunt diligẽter annotanda quæ in eodem intellectu tertii & quinti eẽ possũt ordinis/ut dono tibi mun9/ & Serestũ Aeneas ꝑmisso munere donat. Impertio uel impertior frĩ bona paterna/impertio fratrẽ bonis paternis/Plautus minusq́ me impertire honoribus/Cicero' præpositione3 addidit/ Sæpe idoneis hominibus & indigentibus de re familiari impertiendum est. Liuius ut coniugibus liberisq́3 tam lætum nuntium impertirent / Augeo te scientia & augeo tibi scientiam / conduplico & accumulo tibi pecunias & conduplico & accumulo te pecuniis/ onero tibi bona&c: Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes/sic exonero / spargo/ fundo/figo sterno/leuo/ Ad hæc uerba quæ sunt quarti & quinti/ ut uestio/induo/exuo te tunica3 & tunica/accingo me gladium & gladio: ũde illud ambigue legitur: Succinctam pharetra & pharetra3/Palla succincta cruenta/ calceo soccis& soccos. In neutris ãt quæ possessiua dicũtur: hæc: affluo abundo deficio: quæ etiã dtõ cõstruũtur/ut affluo abundo uel deficio gratia populari/& af

AB IMPERSONALIBVS ET COMMVNIBVS.

fluit abundat mihi uel deficit popularis gratia/ careo/ ut te longum carere non possum/egeo/ indigeo/pluit lapidib9(ne hoc omittam) sæpe apud Liuium leges. Præterea uerba quæ effectiua dicuntur/ ut palleo/ rubeo/gaudeo/mæreo/areo/uireo/caleo/frigeo/pingueo/macreo & ad hæc multa/ut multa uenere alii/alii lõgo studio pallent/& ingenui plerunq; pudore rubẽt. Sũ præterea ablatiuo iunctũ leges/ut Cæsar Augustus ualetudine fuit prospera. In Deponentibus uero uerba ẽt possessiua/ut utor/fũgor/recordor/obliuiscor/& his similia/ut fruitur deorũ colloquio/ & fruitur diis iratis/& optata troes potiunт̃ harena/ & ũba effectiua/ut lætor/tristor/irascor/glorior/miror/sed miror iustitiæ/iustitiam/& iustitia tua recte dicimus/& populares lætantur rerum mutatione: In impersonalib9 actiuæ uocis notissimi sunt illi quinq; ablatiui pronominum in generт̃ fæminino/mea/tua/sua/nostra/& uestra/usi repiuntur boni auctores & cuia: Plau. in Epidico ego illũ conueniã atq; adducã cuia est fidicina/Cic: pro Murena ea cædes potissimum crimini datur ei Cuia interfuit: cum uerbo interest: cuius rei ratio est/ q̃ interest ex/in/& re/&est/ compositum ostenditur/ut Prisci: li xvii. innuit licet quidam contra Laurentium Vallã se primum hoc uidisse gloriet̃/ & adiectiuum pronominis possessiui suo substantiuo redditur uerbo p cõpositionẽ coniuncto & ãnexo/factum hoc Priscianus ibidem dixit/ne si mei tui/diceremus/genitiuus possessiui cum genitiuo primitiui coincidat / eadem tamen pronomina cum uerbo refert nominatiui casus esse uidentur/compositum enim est refert ex res & fert/ut mea/tua/refert idest res mea fert/res tua fert: Sed hæc

summatim de uerbis quibus ueterum auctoritas / per species ablatiuum sine præpositione dedit / Nūc de cō muni uerbo₄ omnium ablatiuo.

De' Ablatiuo Cōmuni.



Retium in omni uerbo cuiuscunq; generis & ordinis / ubi aliquid fieri pretio demonstratur ablatiuo effertur / ad tollendum (ut puto) ābiguitatem pretii rei q̄d per genitiuum significamus / quam ubiq; ueteres fugitasse cōstat / nam si dicam uolo te mihi emere istic agru₃ mille auri dragmarum si utrunq; p̄tium per genitiuum efferretur / mille dragma₄ / utrū agri an emptionis pretium futurum sit / dubitaretur / Iccirco in eandem orationem recte utrunq; coniicies / hoc pacto / iussi abs te mihi emi istum agrum mille auri dragmaru₃ mille dragmis / aut minoris: pluris autē cum emptum scribas / non fero / q̄ mala emptio semper stultitiā domini improbare uidetur / sed de iis paulo accuratius inquirendum / nam tanti / tātidem / quāti / quantilibet / quantiuis / quanticunq; / pluris / minoris / sine substantiuis genitiuis accipiuntur / quod si substātiuum addas / ut de genitiuo supra docuimus / p ablatiuū dices / ut quāti tu emis olera in urbe / tanto mihi p̄tio uenduntur carnes ruri / præterea excipias parui / minimi / multi / plurimi / magni / maioris / maximi / nihili / flocci / pili / lucri / sūpti / cū uerbo facio / pēdo / æstimo / duco / interest / refert / nō tñ oïa sed alia cū aliis / ut paruifacio / multifacio / minimifacio / maximifacio / plurimifacio / nihilifacio / floccifacio / pilifacio / lucrifacio / sūptifacio / paruipēdo / paruiduco / floccipēdo / nihilipēdo / sic p̄uirefert / & plurimi refert & ītereſt. Inuenies tñ p̄tiū

cũ uerbo facio & æstimo: Et ingenitiuo Catull9 Viuamus mea Lesbia atq; amemus Rumoresq; senũ seueriorum Omnes uni9 æstimemus assis, Maro Matronæ procul hinc abite castæ Turpe est uos legere impudica uerba, Nõ assis faciunt euntq; recta, in cæteris uero uerbis per ablatiuum efferuntur etiam sine substantiuo. Hora. paruo emptæ, Seneca magno emisse dixit, Plautus in epidico quid? istã, quã emit quãti eã emit uili, in eodẽ quãti emi potest maxime ad q̃dragita eã posse emi, minimo minas, Sic ĩ aliis uerbis ut tu scribis mihi singulas carthas græcæ litteræ nummo argenteo, & ego quot mensibus doceo meos discipulos aurea dragma, Cicero de prætura urbana, qđ si tanta pecunia columnas dealbari putassem nunq̃ ædilitatem petissem Sic græci Aristophanes in ranis λῆψη γὰρ ἰ ὀβολοῦ καλήν καὶ ἀγαθήν quid q̄ ptium p̄ accusatium elatum quibusdam uideri possit. Marcus: Varro, li. i. de lingua latina, Denarii q̄ denos æris ualebãt quinarii, q̄ quinos, Suetonius de Cæsare, sed ante alias dilexit. M. Bruti matrẽ Seruiliã cui proximo suo cõsulatu, sexagies sestertium Margaritam mercatus est, Idem de Nerone, indicebat & familiarib9 cœnas, quorum uni mellita quadragies sestertium constiterũt alteri pluris aliquãto rosalia. Idẽ in Vitellio indicebat aliud alii eodem die, nec cuiq̃ minus singuli apparat9 quadragenis milibus nummum constiterunt, prætera, uilius, melius, carius, peius hanc rem emi dicimus, quæ omnia & similia iis (nequis decipiatur) hac dicta sunt ratione. Illud enim primum. M. Varronis denos & quinos ualebãt eadẽ figura dictũ ẽ quã

26

dicimus pluere magnos imbres ludere aleam dormire totas hyemes: quæ omnia exeadem analogia in ablatiuum mutantur, ut ualebant denis quisque denariis & pluit magnis imbribus, & ludit alea & dormit tota hyeme Illud autem Suetonii sexagies sestertium & quadragies sestertium non sunt accusatiui casus, sed genitiui sestertium pro sestertiorum, ut denarium & nummum quod sæpe legis pro denariorum & nummorum, dependentque a nominibus substantiuis indeclinabilibus sexagies, & quadragies qui sunt ablatiui casus pretii a uerbo constiterunt quod ipsum testatur. M. Varro in libris de analogia his uerbis ut sit utrunque sine casibus uocis dicemus ut hoc mille huius mille, ita hoc decies huius decies. Illa uero postrema, minus, uilius, carius, melius peius, aduerbialiter dicuntur, nam docuiumus supra accusatiuos neutrorum adiectiuorum crebro aduerbialiter usurpari. Non abhorret a loco addere quod in uerbis actiuis secundi ordinis licet eidem uerbo dare geninitiuum & ablatiuum in eadem oratione etiam sub coniunctionibus eosdem casus copulantibus: dicimus. n. siquis furetur rem sacram de propbano, teneturne sacrilegii an furti, an utroque non autem utriusque, qui substulerit rem suam de sacro furtine tenetur, an sacrilegii, an neutro, non autem neutri, accusare hunc potes uel furti uel sacrilegii uel de utroque uel de ambobus, non autem utriusque aut amborum. Condemnare non licet quenque utroque: sed de altero uel furti, uel sacrilegii: In quibus id est obseruandum, quod peccati nomen siue speciale sit siue generale & incertum per genitiuum effertur in cæteris non item, Cicero An non intelligis primum quos homines & quales uiros & mortuos summi criminis ar

guas item sceleris atq; nefarii parricidii condemnaui / mus/cum huiusmodi uerbis tanti & quanti cum substantiuis adiunguntur per genitiuum / ut tantæ pecuniæ hunc absoluere postulas? & quantæ pecuniæ condemnasti/tantæ summæ dãnaui quãtæ postulasti/ liuius/ sed nequaq̃ tantum relictum est quantæ sũmæ dãnatus fuerat.

¶ Tempus in ablatiuo per omne uerbum etiam ponitur ut nr̃a ætate ãnoq; a cristiana salute.ccccIxxxxiiii. supra mille Rex Galliæ Italiã inuasit & somnum hac nocte oculis non uidi meis/quare latenter etiam significatur tempus cum dicimus/Pontifice Alexãdro Ferdinandus rex neapolitan⁹ regno pulsus est a gallis. i. dum erat pontifex Alexander/ Sic consulibus Cæsare & Bibulo exortæ sunt ciuiles discordiæ idest du; fuerunt consules Cæsar & Bibulus Virg: non uobis rege latino Diuitis uber agri/Troiæue opulentia deerit / & Credo pudicitiã/Saturno rege morata; In terris/& bello macedonico hoc factum est / memoria nostra nihil factu; est crudelius/pari modo in multis aliis / ut quæstore/ædile/censore/dictatore/imperatorẽ/duce Cæsare aliqd factum esse dicimus / sic tribuno Clodio eiectus est in exiliu; Cicero/sic primo bello punico tumultu italico duumuiris/triumuiris/decemuiris illis/eadem ratione dicim⁹ quæstura/ædilitate/cẽsura/prætura cõsulatu dictatura alicuius/id gestum esse/sic tonuit sereno. Lucretius Ponitur extẽplo cælo stellante sereno Virg: Trãquillo silet immotaq; attollitur unda/& Tarquinius uiuo Seruio ausus uocare patres / Sic hem tibi ne hæc diutius licere speras facere me uiuo patre?

Sic rure & ruri Tibullus O ualeant fruges ne sint modo rure puellæ, uespere & uesperi, mane & mani, luce & luci, here & heri, tempore & tēpori, ueteres ꝓpter cognationeꝫ, i, & e, ablatiuo ꝓtulisse dixit Donatus: propter enim eandem cognationem & accusatiuum tertiæ flexionis pluralem & in is & in es sæpe illi protulerunt: Præterea ablatiuus per ꝑticipia inconsequentia, & per gerundium absolutus, ex eadem latēti temporis significatione etiam dicitur, quid enim aliud est aduentante uere ridet omnis ager, q̄dum aduētat uer, uel occidente sole surgunt tenebræ, q̄ dum occidit Sol, aut legendo homines fiunt eruditiores, q̄ dū legunt? & sic de aliis: quid? ꝙ interdum boni auctores proferre ausi sunt adiectiua subintellecto tēpore substantiuo, tanta est huius rei uis, tonuit sereno, & breui id cognitum est sæpe dicit Liuius, & ex quo ex illo subaudias ubiqꝫ tempore Ter. ubi si Paululuꝫ modo qd te fugerit ego perierim, qd illo facias? subaudi tempore, post ea etiaꝫ & post illa uidelicet tempora dixit Terrentius.

¶ Causa efficiens & finalis per ablatiuum exprimitur ut Daui suasu non repugnat Pamphil9, & me impulsore hæc non facit, & auctore Parmenone Cherea ꝓ eunucho deductus est ad Thaideꝫ. Finalis causa est si dicas omnes mortales aut uoluptate, aut gloria, aut utilitate perferunt labores suos, causa efficiens actionem præcedit, finalis uero sequitur.

¶ Instrumentum præterea de quo, in quo, per quod ablatiuo effertur, de quo præcipue apud poetas, Virg: Proiice tela manu sanguis meus, alibi Salsos reuomē,

tem pectore fluctus/cum quo & in quo. Idem At regi na graui iam dudũ saucia cura/ Vulnus alit uenis/ & cæco carpitur igni: cum quo/& per qđ idem Dares tũ leua taurum/cornu tenet/cornu ĩstrumentum per qđ/& Pyrrhꝰ Cassandram utraq; manu capillis traxit: Sed eum ablatiuum: per quem significatur ĩstrumen/tum cum quo: uim septimi casus habere ueterum nõ nulli crediderũt/unde Quinti: cum dico hasta percus si non utor ablatiui natura: sed hæc ita sunt obuia ut multis non sint exemplis firmanda. Verũ in huius/modi exemplis uideri possit non paucis addita præ/positio nomini instrumentum significanti/ut accæ/ptus est a nobis summo cum honore/ magna cũ bene uolentia scripsit/mira cum affabilitate alloquebatur nos/cum dira truculentia me aspexit: inquibus (ne fal laris) non ĩstrumentum: sed coniunctio quædã signi/ficatur. Accipimus enim aliquem ĩstrumento corpo/ris/non honoris/sed honore comite/sic scribimus ma/nus ĩstrumento/nõ beneuolentiæ/sed hac socia: Allo cutus est lingua operatrice affabilitatis/aspexit oculis trucullentia suffusis.

¶ Ad hæc excessus/quãtitas/materia/ & pars/ quæ per synedochen accusatiuũ petit/in ablatiuo ponuntur Excessus ut Hercules supauit proceritate corporis re liquos mortales toto capite: & tu ediscẽdo pcedis nos multis carminibus: Quantitas/ut tota (ut aiũt) uia ab erras/Hora: At Nouius collega gradu post me sedet uno/Materia/ut alere familiã crassioribus cibis ad ua/letudinem facit/& doctissimus quisq; nõ debet se one/rare maiori discipulorum turba q̃ sustinere possit/&

28

ego hoc te fasce leuabo: Pars quæ per synedochen accusatiuo datur, ut alii in prælio pectore, alii uulnerantur tergo, Sueto: Sæua excusso oculo transfixus femore & humero centum & uiginti ictibus: Frequentissime iungitur ablatiuus uerbis subtracta præpositione & multis quidẽ modis præsertiꝫ ubi significat̃ status ĩ loco, aut mot⁹ ĩ loco aut ꝑlocũ, Virg: nõ ãte tyro despect⁹ Hiarbas & Has herbas atq; hæc põto mihi lecta uenena Ipse dedit Mœris nascunt̃ plurima ponto pro in tyro & in ponto Sallu: Nec tamen Ant⁹ procul aberat utpote qui magno exercitu locis æquiorib⁹ expeditos in fuga sequeretur, pro per loca æquiora. Sueto: Munere gladiatorio depugnauit Leptimi⁹ & ludis egit mimum suum Valerius, & amicam ut habeas prope iam uxoris loco, pro in munere, in ludis, in loco. Mari uero & terra insecutus est hostem cum dicimus etiaꝫ subauditur per. Subtrahit̃ præpositio ubi significat̃ motus de loco, ut Nec posse Italia teucrorũ auertere regẽ pro ab Italia, & dextra & sinistra pro a dextra & a sinistra, & iste fuit mihi matre proximus pro a matre & ex parte & a latere matris: & hic est patre atheniensis: Ter: subtraxit præpositionem de, ubi dixit quia incertum est etiam q̃d se faciat pro de se, ibidem pulchre cedo q̃d hic faciet sua? pro de sua, & hac uia, hac ratione, hoc pacto, hoc modo multa dices, idest secunduꝫ hãc rationem & hunc modum: nullis insidiis aperto marte uictus ẽ hostis milite pauco .i. ꝑ nullas ĩsidias ꝑ apꝑtũ Martẽ. Nulla spe potiũdi hostẽ inuasit exigua manu pro sine spe. Exigui numero, sed bello uiuida uirtus, & auri pondo unciam suppedita pro ad numerũ

ad pondo & re uera ea nocte domum nō exiuerat sua uoluntate idest pro re uera & pro sua uoluntate, & multis aliis modis subtrahitur ablatiuo præpositio idest secundum. Ex iis multa uerba: quæ supra docuimus quando nec accusatiuum patientem quærebant nec passiuæ erant significationis iungi accusatiuo nominis ab eodem uerbo deducti, aut illius significationi cognato, cum ablatiuo etiam proferuntur ut uiuo uitam, & uiuo uita, seruio seruitutem & seruitute dego ætatem & ætate, de actō exempla supra: nunc de ablatiuo pauca proferam. Plau. in milite diu uideor uita uiuere, Idem ut memineris dum uita uiuas, Idem ibidem: neq; herile negocium plus curat q̄ si non seruitute seruiat: Idem in Cistellaria quia ego illuꝫ unuꝫ mihi exoptaui quicum ætate degerem. Ter: eo recta uia equideꝫ illuc, Suet: in Claudio alea studiosissime lusit, Plau. scis solere illa ætate tali ludo ludere sic nauigo æquor & æquore Ouid: Nauiget hic alia iam mihi linter aqua: obeo mortem & morte: Sue: in augusto morte obiit repentina, olet unguentum & unguēto Virg: redolentq; thymo fragrantia mella, sono hominis uocem & uoce, Vir: ubi concaua pulsu saxa sonant: sic ualet nummum & nummo, pluit hymbreꝫ & hymbre, dormit hyemē & hyeme, Silet bis q̄nos dies & bis q̄nis dieb9, & ad hæc nō pauca. Ponit̄ insup ablatiuus pro gtō non solum sine præpositione, ut supra dictum est, Illa uiā secās per mille coloribus arcum: sed ubi addita est etiam præpositio, a, ut cōcrepuit hostium a Glycerio pro Glycerii & ea primuꝫ ab illo iniuria animaduertenda est, quod tamen est dic,

tum ad tollendam genitiui ambiguitatem / nam si il/
lius dixisset poterat & passiue accipi/ & Sæpe tener no
stris ab ouilibus ibuet agnus/ & hæc ancilla ab Andria
est. De ablatiuo cuꝫ gerundio siue nomine gerundiuo
absoluto & cum participio inconsequentia nihil ante
non dictum est: qđ tam minus fuit aperiendum q̃ fre
quens magis & notum. Liuius ueluti posito bello/fũ
damentis templi faciendis/aliisq; urbanis rebus inten
tum se esse simularet / & homines diu uiuendo uellẽ
multorum mores & urbes uidendo/uel uariis histori
is legendis euadũt prudentiores./Soluendo uero gerũ
dium pro infinito positum uidetur / Cic. in philippi
cis contra Antonium tu nec soluendo eras / pro solue
re non poteras/ ut sit gerundium pro infinito / & sim
plex pro composito / sum enim pro possum sæpe le/
ges Hora. Mansuri opidulo qđ uersu dicere non est
Ouid: Liceat qđ tangere non est aspicere: pro potest.
Scire fidibus & doceri fidibus per defectuꝫ uerbi infi
niti / sonare / ueteres dixisse puto / Tullius nono epi/
stolarum Socratem fidibus docuit nobilissimus fidi/
cen: is Cõnus uocitatꝰ est/ aqua & igni interdici alicui
qua analogia dixerint candide lector tecum ipse ꝑpen
de: multis igit̃ modis ablũs subtracta præpositione/
multis rursus contra legeꝫ addita effertur/ ut romanã
orationem nõ semitis ferri sed campis non uti fontes
ãgustis fistulis colligi: sed uti latissimi ãnes totis ualli
bus fluere Dominice Contes scias / atq; uiã sibi si quã
do nõ acceperit facere / nã Cic: tusculanarum quarto
ea res ex qua animus egrotat dixit pro qua Idem / dam
natus de ignorantia / Fabius delectatus in his etiam.

M. Tullius, Ouid: Sum miser & deme q̄ doluere nihil: Cicero de respōsis aruspicū: gaudeo mihi de toto hoc ostēto: Idē in Vatinium testem: de tuis diuitiis ītolerantissime gloriaris? Idem, qđ mihi de filia gratularis: Mar. Hos nisi de flaua loculos implere moneta Non decet, argentum uilia ligna ferant: Tul. epistostolarum quarto, putaui ea de re te esse admonendū & de laudibus Magni de quo uos paulo āte admonui Cæsar de bello gallico, qui de suo aduentu doceant Sallu: in Iugur: qui senatum doceant de cæde & fortunis suis Cicero pro Sex: Roscio, ut mori mallet quā de his rebus Syllam doceri, & Manilius libro tertio Contra legem dixit magna est ratio breuiterq̄ docenda Cicero in epistolis: q̄ ex pedib9 laborares, & p. M. Marcello nam lætari omnes nō de uni9: sed de cōmuni salute sentio: sed hæc satis.

¶ Ab Aduerbiis siue præpositionibus ante & post regitur ablatiuus, ut paucis ante annis emerat dixit Cicero: & longo post tempore uenit Maro: Gellius uero, id significat factis p̄cul: uerbis tenus: ab omninibus etiam aduerbiis comparatiuis dependet ablatiuus, ut melius te scribo & ocyus uento labitur ætas. Ponitur postremo aduerbialiter in nominibus propriis urbium & locorum significantibus motum de loco, & per locum, & statum, & motum in loco cū sunt tertiæ declinationis & tantum pluraliter declinata, ut ueniēs Tybure Viterbio trāsiui, Senisq̄ triduū substiti: Præterea dom9, hum9, rus, militia, bellū, p̄ propriis habent. Ponit aduerbialiter ī quibusdā substantiuis ut, ioco, sponte, forte, fortuna, natura, ponitur

in multis adiectiuis/ut primo, secundo, tertio, quarto, & deincæps: paucis, multis, pluribus, serio, ioco.

¶ LEges generales costructionis.



Ideor breuiter & dilucide Dominice Cōtes p singulos casus tradidisse usū frequentiorem cōstructionis partiū orationis & rationes qb⁹ maxime loquēdi normā cōstare arbitror. Ad hæc etia ex iis / quæ nostra tenuis īdustria excogitarī ualuit: supersunt ad uniuersæ rei cognitionem admodum q̄ / pauca. In primis enim ad prædiscendam constructionem perpendenda est deriuatio, compositio, significatio uocum: quoniam deriuata: & si nulli⁹ exempli ueniat in mentem: exigunt fere semper casum primitiuorum suorum, qđ in comparatiuis, superlatiuis, infinitiuis, gerūdiis, supinis, participiis, aduerbiis, quæ casibus suorum positiuorum & uerborū applicātur manifestum fit: hoc me certe adduxit ut scriberem supra contra nōnullos bonos grammaticos gerūdia suorum uerborum significationem solum accipere: Sed nūc de deriuatis. Plenus. n, indignus, dignus, satur, genitiuo & ablatiuo iungūtur, q Pleo, cuius sunt composita in usu, indigeo, dignor, saturo, ūde illa deducta nemo ābigit cum utroq casu construūtur ut plenus sum rimarum & crura thimo plenæ, indign⁹ alienæ opis, & aliena ope Lucre. in qnto Nauita nud⁹ humi iacet infans indigus uitali Auxilio, Dignus honoris & honore Helena ad Pariden Militia est operis altera digna tui, alibi simplicitas digna fauore fuit satur altilium & altilibus: uacuus præterea, orbus, uiduus, cassus, ablatiuo iungi (ut uacuus curis, orbus parēte, uidu⁹ pharetra, cassus lumine) uaco, orbo, ui

duo/careo/uerba illorum primitiua postulant q̄ uero etiã gntõ illa eadem ad hæreant ex sua illiusmodi adiectiuoꝝ ui eẽ nõ ignores Suplatiuorũ ad ỽbia gntõ pſri recte applicari/ut optime oĩuʒ de ratione dicendi apd̃ nos scripsit Cic: ipa superlatiua quæ hũc casũ exigũt/iubẽt/ꝓpius urbẽ & ꝓxime urbẽ accessit cũ exercitu. M. Antonius/positiui ratio recte dici uoluit. eãdẽ sane uĩ cõstructionis hʒ apd̃ græcos deriuationis ratio ἀξίως οὖν λέγομεν λόγου ὅτι ἄξιος λόγου καὶ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ὅτι ὅμοιος τοῖς ἄλλοις καὶ καταφρονητικῶς τῶν εὐτελεστέρων ὅτι καταφρονῶν τῶν εὐτελεστέρων οἷον δὴ καὶ τὸ ἄριστα πάντων κοινὸν δὲ τῶν τοιούτων καὶ ἡ προσκειμένη τῷ ἔχω γενικὴ οὕτως ἔχω γνώμης πονηρῶς ἔχω τοῦ σώματος

❡ Composita etiam ordinis suarum partiũ nõ obliuiscunt̃/ea dere dixit Lucretius in. vi lumina uersarent oculoꝝ expertia sõno/quasi e somno partẽ nõ uidentia/& Ter: rerum suarũ satagit ꝓ satis rerũ suaruʒ agit eodem pacto recte dices satis fecit uerborum cum fratre pro satis uerboruʒ fecit: similiter interest patris domestica cura pro in re patris est familiam curare/& mea interest/mea refert ꝓ in mea est re/& mea res fert. Sic benedico/maledico/beneuolo/benecupio illi/q̄ bene/& male accusatiui uicẽ seruẽt. Sic plabitur ũdas & terras turbine pflãt/& foꝝ pcurro/& mille istiusmodi

❡ Significatio autẽ uerborũ penes quã arbitriuʒ & uis est & norma constructionis/una est p quã eædeʒ uoces aliud gen⁹ uariumq; ordinẽ sortiuntur: audio eniʒ te & audio tibi/consulo te/& cõsulo tibi diuersis casib⁹

applicari aliaq; in genera transire / sola significationis mutatio exigit Hoc ipsu; euenire græcis ex his Theodori uerbis in quarto de costructione pspicue discas φανερὸν οὖν καὶ ὡς τὸ αὐτὸ ῥῆμα λαμβανόμενον διαφόρως διοίσει ἑαυτοῦ τῷ εἶναι καὶ διαφόρως προσφορηθήσεται καὶ συντάξεται οἷον τὸ λύω σωματικὸν μὲν ἢ δεῖ σωματικῆς ἐνεργείας τῷ λύοντι διαιρετικὸν δὲ ἢ τὸ λυόμενον γίνεται ἔξω δεσμοῦ παραπλησίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων θεωρητέον καὶ πρὸς τὸ ἐπινοούμενον αἰεὶ συντακτέον Quare ĩ primis meminisse op; oĩa ṽba eiusdẽ/aut similis / aut cõtrarie significationis/eande; q̃rere cõstructionẽ/qđ documẽtũ exẽpla nõ sane mlta planũ (ut puto) faciẽt / & primũ de iis quæ sũt eiusdẽ ĩtellectus quæro enim hanc rem ex te Ter: ĩ Heautõ: suspitionẽ istam ex illis quære / & quæro te ex hac re / dicimus. Sic percõtor hãc rem ex te Plau: in persa sic ex te percontabimur/aut patriam tuam/aut parentes/ & pcontor te ex hac re: numeros memini si ṽba tenerem dicit Maro: recordare igitur illum. M. Antonii diem dicit Cicero in Philippicis / Rursus nec meminisse pigebit Elissæ/sic recordatus est misericordiæ suæ Tullius ad Metellum de illo quide; meminisse nolo/ Idem pro Plãco quonia; istis uestris lachrymis de illis recordor quas pro me sæpe & multu; profudistis/ Affluit incautis desidiosus amor inquit Ouidi9 de remedio: & Maro in georgicis rursus abundabat fluidus liquor Plau: ĩ pseu: atq; adeo ut frumento affluã. Ter:

amore abūdas Antipho: Tul. p. L. Quītio itaq; hæc teobsecrat: Ter. primū hoc te oro Lucanus li. ii. Dux ēt uotis hoc te fortuna p̄catur. Virg: xi. Aeneidos: ue niamq; oremus ab ipso Fabi9 li. ix. quod p̄catus a diis immortalibus su; Plau. in Aōphitrione/ nūc me orare uobis iussit pater Virg: cui me fortuna p̄cari impulit Audire uisa sum uocem militis inquit illa & alibi au scultа pauca: dicto audiētes nō fuerūt dixit Cæsar ui tu huic seni auscultare/ Ter. certent & Cygnis ululæ/ Virg. Helena ad Pariden Dum nouus est ēt cæpto pu gnemus amori quod græci dicunt μάχομαι ἀγωνί ζομαι καὶ ἐναντίουμαι σοὶ Vir: tu dic mecu; quo pignore certes. Sic pugno tecū/ Sic congredior/ & dimi co tibi & tecum dici Seruius affirmat ibi atq; impar congressus Achili/ Sic dicimus aufero/ eripio/ adimo amoueo tibi & a te: sic dico loquor tibi & ad te/ & īsit tibi & ad te dictum leges/ Nunc de iis quæ similia sunt intellectu.


Itupero/ culpo/ corripio/ increpo arguo/ te per uicaciæ & peruicacia/ dici obsignificationis similitudinē q̄s dubitat? sic accuso/ postulo/ acerso/ arcesso/ insimulo/ alligo seruū furti & furto: Sic cōuīco/ dāno/ punio/ castigo/ mulcto Clodi u; adulterii & adulterio. Implent ueteris bacchi pin guisq; ferinæ dixit Maro: & Plau. in Sticohæ res uitæ me soror saturant. Lucan. implentur ualido tyrone cohortes. Varro de re rustica/ dum agnoscant matrem agni/ & pabulo se saturent: quid? quod Liuius ait dux uestales eo āno/ Opimia atq; Floronia stupri cōpertæ pro conuictæ/ & Cicero secundo de oratore/ Neuius

32

qui iudicatum duci uidēs pcuntatur ita/quāti adict9? mille nūmū quæ oīa ex similitudine significationis si mili modo construuntur

¶ Per contrariā uero significationem uerba oīa eundē ordinez sequi ex his quæ subnectā exēplis cognoscas: laudo te pietatis dicimus/sic uitupo te impietatis: ac/ cuso te sacrilegii/defendo te sacrilegii/ dāno te iniuria rū/absoluo te iniuriaꝝ/onero te hoc fasce/leuo te hoc fasce/ rubeo pudore/palleo pudoī/gaudeo morte ini micoꝝ/Mœreo mōte amicoꝝ/nocet iuueni æstas pro/ dest seni æstas/iuuat mihi uł me oratio tua/lædit mihi uel me oratio tua: lædo eniz & iuuo ad animū referun tur/Noceo & prosuz ad corpus/ hæc differentia illorū ordinez uariauit: quod uero dtō adiūgant testis mihi Plau. in Cistel. qñ ita tibi iuuat uale atqꝫ salue & Ter: in Adelph. nulli ledere os arridere omnibus: & ꝓxi/ me urbem adest hostis/& procul urbem abest hostis.

¶ De Cognatione casuum.

HAec pluribus si consecter diffidere uidear ī ge nio lectoris cui de superiorib9 multo his me liora aucupari sibi/& discere liceat: Nunc au/ tē ānectā casuuz inter se cognationem/non de aliquo quidez bono grāmatico/quoꝝ aliquot sunt qui de ea sparsiz docuerint/collectā: sed ex optimis scriptorib9 in hoc ipso opere citatis magna ex parte depromptaz: Id factum/non sane supbia & cuiuspiā illoꝝ despectu sed breuitate cui ubiqꝫ studuimus/ne testibus non ne/ cessariis/aut obsoleta uetustate liber nobis in grāde uo lumen surgat/& pariter ut præceptio nostra si a se ipa confirmetur dilucidior fiat

¶ De Cognatione Nominatiui & Vocatiui

CASVVM.

Nominatiui igitur & uocatiui tanta est affinitas, ut apud atticos prima ipsa positio sit utrique casui semper communis, & recte quidem cum uterque uerbis a fronte solum applicetur & rectus a nonnullis uocitetur. Apud nos uero in singulari non itidem communis, nam in prioribus tribus declinationibus, in quibusdam nominibus finalem litteram aut syllabam abiicit, ut Aenea, Mercuri, Palla, Theseu, aut mutat in, a, uel in, e, ut Anchisa, Nicolae, In quibus uero ex analogia non mutat ponitur nominatiuus, pro uocatiuo ut, deus, & Agnus, & ibi Nate meae uires mea magna potentia solus, & proiice tela manu sanguis meus, & popule meus quid tibi feci.

Nominatiui item & Accusatiui (per quos magna locutionis pars absoluitur, quia actus uerbi personalis a nominatiuo unde oritur in actum qui est e regione, recta transit) non ulla cognatio. Nam in illo Lucre. Ipse sui miseret neque. n. se diuidit hilum & in illo Plauti, neminis misereri certum est quia mei miseret nemo: potest uideri positus Nominatiuus pro accusatiuo, & in illo Terentii Actiuus pro Nominatiuo apparet seruum hunc esse domini pauperis, quemadmodum in his Vrbem quam statuo uestra est, & quas credis esse has non sunt uerae nuptiae: Genitiuum uero esse pro nominatiuo contenderit aliquis ubi dixit: Ter. cum eius aduenti mihi uenit in mentem, & Lucretius & uenit inmentem solis lunaeque uiarum: pro accusatiuo ubi Plautus inquit fastidit mei & Tibullus Admonuit dominae destituitque Venus Actiuum pro genitiuo posuit Terentius in Adel: ille alter sine labore patria potitur comoda, ibidem hic potitur gaudia, & Plau: in Amphi: ut salui potiremur domum: genitiuum tamen pro ablatiuo frequens leges & frequentius Ablatiuum pro genitiuo quoniam multa, quae apud graecos, qui ablatiuo carent genitiuo accipiuntur, apud nos accipiuntur ablatiuo,

desipiebam mentis cũ illas scriptas mittebã tibi ꝓ mẽte/ĩquit/Plau. ĩ Epidico & animi sese ãgebat/& in illo atro liquunt̃ sãguine guctæ/pro atri sanguinis/ & in illo Hic duo rite mero libãs carchesia Bacco ꝓ meri Bacchi/& in illo Ipse ego cana legã tenera lanugine mala ꝓ teneræ lanuginis nisi tenera lanugine a cana dependere dicas/& in illo ea primuꝫ ab illo iniuria animaduertẽda est pro illius. Ablatiuũ pro gntõ. Datiuus auteꝫ ꝓ actõ frequentissim⁹ de quo abunde dictũ est supra ut Proximus ĩgredit̃ donis qui uincula rupit/pro ad dona/ & frequẽtior pro ablr̃o/ut o/luce magis dilecta sorori pro a sorore ꝙ si plura ad hanc rem exempla desideras/ea tibi de superioribus petas.

¶ De Accusatiui ãt & ablatiui cõmunitate nõ pauciora ãte (opinor) cũ de utroqꝫ casu ageret̃ q̃ tanta rei utilitas posceret sparsim docuimus: a loco tamẽ præsenti nõ abfuerit/eadem coniunctim tradere/& in unũ breuissime cõferre: Nã excessus in nominib⁹ adiectiuis/cõparatiuis & uerbis/quãtitas/materia/pars ꝑ synedochẽ in nominibus adiectiuis/uerbis/participiis/tẽpus/causa efficiens:/ præpositionum uis incompositione/nomen uerbi significationi cognatum/adiectiuoruꝫ neutra aduerbialiter posita utroqꝫ casu hæc indifferenter accipiuntur in multis/ huius propositionis precæptionẽ exempla quæ coniũctiꝫ subiciã attẽto lectori aperiant. Recte. n. dices/quãtuꝫ Cæsar rei militaris gloria fuit excellens tm̃ clementia cæteros mortales antecessit/& quãto fuit excellens doctrina tanto alios præstitit humanitate/& cõiectus aquæ digitũ nõ altior unũ & digito non altior uno/& noctẽ non amplius unam

falle dolo/ & nocte non ãplius uña/uel Tris pateat cœli spatium non ãplius ulnas/ & tribus non amplius ulnis/ & Hercules proceritate corporis cæteros homines antestabat totum caput/ & toto capite & tybur ab urbe abest decem milia passuum/ & decẽ milibus passuuꝫ & uestio/uel induo/uel exuo liberos tunicã & tunica/ & cressa gen⁹ Pholoe/ & cressa gñre Pholoe/uel os humerosqꝫ deo similis/ & ore humerisqꝫ deo similis/ & fortes in ꝑlio pectus uulnerañt/ignaui uero terguꝫ/ & pectore & tergo/ & Scæua trãsfissus femur & humeruꝫ centum & uiginti ictibus/ & transfixus femoȓ & humero egregie dimicabat/ & bis quinos silet ille dies/ & bis quinis silet ille diebus/ & id lachrymat uirgo/ & ea cõtumelia lachrymat uirgo/uel eam rem gratulamur/ & ea re gratulamur/ & accolunt Rhenum germani & absunt Italia germani/uel urbẽ Cæsar egreditur/ & urbe Cæsar egreditur/ & seruio seruituteꝫ/ & seruio seruitute/uel uiuo uitam/ & uita/uel dego ætateꝫ/ & dego ætate/ & primum de prohemiis scribit Cicero ĩ rhetoricis & primo de exordiis dicit Cicero: Sic multum & multo/aliquantuluꝫ & aliquantulo/ante ueneras uel post ueneras. Ad hæc quæ proposuimus recte dices memini uel recordor hanc reꝫ/ & hac re/ & mihi est opus hãc re/ & hac re/ & procul urbem abest hostis & procul urbe abest hostis.

Andreæ Dactii Tetrastichoñ.

Sparsa per innumeros fuerat quæ plurima libros
  Clauditur exiguo codice grammatice.
Sic uarios relegens per prata uirentia flores
  Cogit apes modico dulcia mella cado.

Apponemus hic impressorum errata quædã.v.
In prima pagina Versu.vii.sed&eloqi:lege:sꝫ eloquii
In.iii.Versu.xli.causales:lege:casuales.
In.iiii.Versu.il.Priscanus:lege:Priscianus.
Et Versu penultimo.fructus:lege:fluctus.
In.ix.Versu.xiii.propie:lege:proprie.
In.x.Versu penultimo ὅρῶσ ε:lege:ὅρῶ σε
In.xi.Versu.v.curatutam:lege:curaturam
Et uersu.xxiiii.iniuriatur:lege:iniuriarum.
In.xv.Versu.v.Ciccero:lege:Cicero.
In.xvi.Versu.xiiii.superb æ:lege:superbiæ.
Et Versu ultimo κοτὴν:lege:κὰι τὴν
In.xviii.PROEXCESSV:lege:PER EXCESSVM.
In.xix.Versu.xxxxvii.ζὼυν:lege:ζωὴν
Et Ver.L.λύρου λυρας:lege:λῆρου λήρεις
In.xxii.Versu.xxxi.adṽuerbiis:lege:aduerbiis.
Et Versu.lii.occupauerint:lege:occupauerit
In titulo xvi.&.xvii:lege:De Ablatiuo loco accu-
satiui & subtracta præpositione.
In.xvii.Versu.xxxix.uellem:lege:uel.
Ad hæc & in orthogrophia &.in pungẽdis periodis ꝑ-
sertimq́ꝫ ĩ græcis accẽtib⁹ pleraq́ꝫ-lector-offendes: quæ
maiorem exigant diligentiam: Sed in aliena culpa uir
utiq́ꝫ occupatissimus tuam(ut spero)haud frustra desi
derauerit indulgentiam.